



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio II. De modo vnionis verbi incarnati quo ad ipsam vnionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

¶ Super quest. secunda articulum primum.

IN ar. 1. q. 2. declarandus esset titulus, nisi in corpore articuli de clararetur.

¶ In corpore articuli sunt duae partes principales in prima declaratur titulus, declarando quid significet in proposito ly natu

ra. Vbi nota quod Auctor discurrendo per diversas significaciones, ordine quodam convenientes nomini naturae, decernit in hac quaestione naturam significare essentiam rei: & ex hac determinatione ut clarificatum reliquit titulum articuli. Et vere sic est: quoniam ex hoc ipso, quod Naturae nomine essentiam intelligimus, clare constat, quid est uniri in natura, scilicet uniri ad essentiae integritatem; ut expresse Auctor deduxit ex eodem praesupposito in quarto contra Gent. capitulo quadragesimo primo.

Quaerere igitur an unio uerbi incarnati sit facta in natura, est quaerere an uerbum & humana natura sint unita in una essentia, an conueniant ad integrandam unam essentiam. In secunda parte corporis respondetur quaesito negative unica conclusione. Impossibile est unionem uerbi incarnati esse factam in natura. Haec autem conclusio tali modo & ordine in litera probatur. Primo ponitur distinctio trimembris de modo, quo aliquid unum ex pluribus constitui potest: primus modus est: quod aliquid unum fiat ex pluribus perfectis, remanentibus in sua integritate secundus modus est, quod aliquid unum fiat ex pluribus perfectis, quidem, sed non permanentibus, sed transmutatis tertius est, quod aliquid unum fiat ex pluribus permanentibus quidem, sed imperfectis. Et iuxta singulos modos seruato ordine quo recitatae sunt, probat conclusionem propositam tripliciter, ut patet clare in litera.

¶ Circa illam literam rationem, qua probatur, non posse aliquid conuerti in di-

QVAESTIO III.

De modo unionis uerbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de modo unionis uerbi incarnati. Et primo, quod ad ipsam unionem. Secundo, quantum ad personam assumptam. Tertio, quantum ad naturam assumptam.

¶ Circa primum quaeruntur duodecim.

¶ Primo, Vtrum unio uerbi incarnati sit facta in natura.

¶ Secundo, Vtrum sit facta in persona.

¶ Tertio, Vtrum sit facta in supposito uel hypostasi.

¶ Quarto, Vtrum persona uel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.

¶ Quinto, Vtrum sit facta aliqua unio animae & corporis in Christo.

¶ Sexto, Vtrum natura humana fuerit unita uerbo accidentaliter.

¶ Septimo, Vtrum ipsa unio sit aliquid creatum.

¶ Octauo, Vtrum sit idem quod assumptio.

¶ Nono, Vtrum sit maxima unio.

¶ Decimo, Vtrum unio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.

¶ Undecimo, Vtrum eam aliqua merita praecesserint.

¶ Duodecimo, Vtrum gratia unionis fuerit homini Christo naturalis.

¶ ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unio uerbi incarnati sit facta in natura.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod unio uerbi incarnati sit facta in una natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis concilii Chalcedonensis. \* Non oportet intelligere duas naturas: sed unam naturam Dei uerbi incarnatam. Quod quidem non esset, nisi unio fieret in natura. Ergo unio uerbi incarnati facta est in natura.

¶ 2. Pre. Atha. ¶ dicit, Sicut animalis, & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus: sed animalis & caro conueniunt in constitutione unius naturae humanae. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione unius naturae, ergo unio facta est in natura.

**A** unam naturam, quia est ingenerabilis, aduerte quod dupliciter potest intelligi aliquid conuerti in aliud. Primo per transubstantiationem: sicut panis in sacramento altaris conuertitur in corpus Christi, secundo per transmutationem: sicut alimentum conuertitur in corpus animalis, quod nutritur; & similiter elementa conuertuntur in mistum, secundum opinionem tenentium elementa non remanere secundum suas substantias in misto. Non est in praesenti ratione sermo de conuersione primo modo, quoniam non ualeret ratio; quia in hoc, quod aliquid est ingenerabile, non sequitur quod non habeat materiam. In symbolo fidei ubi dicitur, quod unum est in ipsum: quoniam potest de facto in corpus Christi gloriosum, quod est in corruptibile & ingenerabile, conuertitur panis in Eucharistia: sed est sermo de conuersione secundo modo: quia de tali dicitur in secundo modo, quo ex pluribus perfectis transmutatis fit unum, ut patet in litera.

¶ 3. Pre. Duarum naturarum una non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutetur: sed diuina natura & humana in Christo ab inuicem denominatur, dicit enim Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & Greg. Nazanzenus dicit humanam naturam esse deificatam, ut patet per Dam. I ergo ex duabus naturis uidetur esse facta una natura.

**B** SED CONTRA est, quod dicitur in determinatione concilii Chalcedonensis. \* Confitemur in nouissimis diebus filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum, nunquam sublata differentia naturarum propter unionem, ergo unio non est facta in natura.

**R**ESPON. Dicendum, quod ad huius quaestiones euentiam oportet considerare quid sit natura. Sciendum est ergo, quod nomen naturae a nascendo est dictum: unde primo est inpositum hoc nomen ad significandum generationem uiuentium, quae natiuitas uel pullulatio dicitur, ut dicitur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturae ad significandum principium huius generationis. Et quia principium generationis in rebus uiuentibus est in principio, ulterius deriuatum est nomen naturae, ad significandum quodlibet principium intrinsecum motus, secundum philosophum dicit in 2. Physi. \* quod natura est principium motus in eo, in quo est per se & non secundum accedens. Hoc autem principium uel forma est, uel materia: unde quaeque natura est forma, quandoque uero materia. Et quia finis generationis naturalis est in eo quod generatur, essentia spiritus, quam significat definitio, inde est quod huiusmodi essentia spiritus uocatur et natura. Et hoc modo Boetius naturam definit in libro de Duabus naturis dicens, Natura est una quaeque rem informans specifica differentia, quae complet definitionem speciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, scilicet in quod natura significat essentiam, uel quod quid est, siue quidditatem speciei. Hoc autem modo accipiendum naturam, impossibile est unionem uerbi incarnati esse factam in natura.

¶ Tripliciter. n. aliquid unum ex duobus uel pluribus constituitur. Vno modo ex duobus integris, perfectis

in 2. pagina princ. lib.

Nazanzenus dicit in hoc, quod aliquid est ingenerabile, non sequitur quod non habeat materiam.

In symbolo fidei ubi dicitur, quod unum est in ipsum: quoniam potest de facto in corpus Christi gloriosum, quod est in corruptibile & ingenerabile, conuertitur panis in Eucharistia: sed est sermo de conuersione secundo modo: quia de tali dicitur in secundo modo, quo ex pluribus perfectis transmutatis fit unum, ut patet in litera.

Circa rationem illam, quia diuina natura & humana non possunt constituere aliquid per modum formae & materiae, nota duo. Primum est, quod praesertim corpori: dicit enim hoc Auctor ad praesertim sermonem suum ab informatione secundum esse intelligibile. Dicitur enim in 1. libro, quod diuina essentia potest esse forma intelligibilis intellectus creati: sed alterius rationis ac ordinis est esse formam in esse intelligibili intellectus creati, & conuenire cum aliquo corporeo per modum formae & materiae ad constituendum aliquam naturam. hoc enim maxima imperfectio est & informatio rei secundum esse materiale ponere in diuina natura: illud autem nullam imperfectionem aut informationem secundum esse ponit in diuina essentia, ut ibi patet. Secundum est, quod sequentia, in litera subiuncta, scilicet, sequeret enim quod species resultans esset communicabilis pluribus, fundatur super illa propositione: Ois natura

in 2. pagina princ. lib.

Infr. ar. 2. & 6. cor. & 12. ad 1. & q. 50. ar. 2. & 3. di. 1. ar. 2. ar. 1. & di. 6. q. 1. ar. 2. & 3. & 4. com. 237. 37. & 41. & uer. q. 1. ar. 1. c. & unio. ar. 1. & op. 3. cap. 211. 212. & 215. Actio. post epist. Cyrilli ad Io. epist. Ambrosio non procul. In symbolo fidei sur.

natura composita ex materia & forma, est communis pluribus, quae ex primo Caeli sanatur. Quae propositio vera dicitur, quantum est ex se: potest enim aliunde pura ex hoc, quod constat ex tota sua materia non inueniri, nisi in uno natura illa, ut de mundo ibi deca dicitur. Est igitur omnis natura ex materia & forma composita, secundum se communis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi constet ex tota sua materia. Et quia natura illa resurgens in Christo ex diuina natura, ut forma, & humana, ut materia non constaret ex tota sua materia (ut patet: quia multae aliae naturae humanae singulares inueniuntur ultra illam, quae est in Christo) sequitur quod de facto posset natura illa resurgens purificari: ac per hoc posset esse plures. In primo infiniti Christi eiusdem speciei specialissima.

In eodem primo articulo in responsione ad secundum circa similitudinem ab Athanasio datam, perspicue quod similitudo, dicitur tenere quantum ad hoc, id est quantum ad unitatem suppositi utrobique. Nec aliud sonant verba Athanasij, nisi similitudinem quod ad unitatem suppositi: dicens, sicut anima rationalis & caro vnus est homo, nam vnus homo vnus suppositum manifeste significat, & non ponit similitudinem quod ad unitatem naturae, nec quod ad modum constituendi vnum suppositum: neque enim illo modo vnum suppositum Christi constat ex diuina, & humana natura, sicut vnus homo constituitur ex anima & corpore: quoniam vnus homo, puta Petrus, constituitur ex anima & corpore, ut veris partibus componentibus ipsum Petrum: est enim persona Petri composita ex hac anima & hoc

remanebit. Quod quidem fieri non potest nisi in his, quorum forma est compositio, vel ordo, vel figura: sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine adunatis, per solam compositionem fit aceruus: ex lapidibus autem, & lignis secundum aliquem ordinem dispositis, & etiam ad aliquam figuram redactis, fit domus. Et secundum hoc posuerunt aliqui rationem esse per modum confusionis, quae scilicet est sine ordine, vel per modum commassationis, quae scilicet est cum ordine. Sed hoc non potest esse. Primo quidem: quia compositio, vel ordo, vel figura non est forma substantialis, sed accidentalis. Et sic constitueretur, quod vnio incarnationis non esset per se, sed per accidens, quod infra improbabitur. Secundo, quia ex huiusmodi non fit vnus simpliciter, sed sim quid: remanent enim plura actu. Tertio, quia forma talium non est natura, sed magis ars: sicut forma domus. Et sic non constitueretur vnus natura in Christo, ut ipsi volunt.

Alio modo fit aliquid vnum ex perfectis, sed transmutatis: sicut ex elementis fit mixtum. Et sic aliqui dixerunt vnionem incarnationis esse factam per modum complexionis: Sed hoc non potest esse. Primo quidem, quia natura diuina est omnino immutabilis, ut in parte dictum est: vnde nec ipsa potest conueniri in aliud, cum sit incorruptibilis: nec aliud in ipsam, cum ipsa sit ingenerabilis. Secundo, quia id quod est commixtum, nulli miscibilium est idem species: differt enim caro a quolibet elementorum specie. Et sic Christus non esset eiusdem naturae cum patre, nec cum matre.

Tertio, quia ex his quae plurimum distant, non potest fieri commixtio: soluitur enim species vnus eorum, puta si quis guttam aquae amphorae vini apponat. Et si in hoc vnus natura diuina in infinitum excedat humanam naturam, non potest esse mixtio: sed remanebit sola natura diuina. Tertio modo fit aliquid ex aliquibus non permixtis vel permixtis, sed imperfectis: sicut ex anima & corpore fit homo: & similiter ex diuersis membris, vnum corpus constituitur. Sed hoc dici non potest de incarnationis mysterio. Primo quidem, quia vtraque natura est per rationem suam perfecta, diuina scilicet & humana. Secundo, quia diuina natura humana non potest constituere aliquid per modum partium quantitatarum, sicut membra constituunt corpus: quia natura diuina est incorporea. Neque per modum formae & materiae: quia di-

uina natura non potest esse forma alicuius, praesertim corporei. Sequitur. n. quod species resultans esset communicabilis pluribus. & ita essent plures Christi. Tertio, quia Christus non esset humane naturae, neque diuinae naturae. Differentia enim addita variat speciem, sicut unitas numerum, sicut dicitur in 8. Metaph. 7

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritas Cyrilli exponitur in 5. Synodo sic. Si quis unam naturam uerbi Dei incarnatam dicens, non sic accipiat, sicut patres docuerunt, quia ex diuina natura & humana unione secundum subsistentiam facta, sed ex talibus uocibus natura vnus siue substantia diuinitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Non ergo sensus est, quod in incarnatione ex duabus naturis sit una natura constituta, sed quod natura uerbi Dei, carnem uniuertibi in persona.

AD SECUNDUM dicendum, quod ex anima & corpore constituitur in unoquoque nostrum duplex unitas naturae & personae. Naturae quidem secundum quod anima unitur corpori, formaliter perficiens ipsum, ut ex duobus fiat una natura, sicut ex actu & potentia, uel materia & forma. Et quoniam ad hoc non attenditur similitudo, quia natura diuina non potest esse corporis forma, ut in primo probatum est. Vnitatis uero personae constituitur ex eis in quantum est vnus aliquis subsistens in carne & anima. Et quantum ad hoc attenditur similitudo: vnus enim Christus subsistit in diuina natura & humana.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Damasus dicit, Natura diuina dicitur incarnata, quia est unita carni personaliter, non quod sit in natura carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata (ut ipse dicit) non per conuersionem, sed per unionem ad uerbum, saluis suis proprietatibus naturalibus, ut intelligatur caro deificata, quia facta est Dei uerbi caro, non quia facta sit Deus.

ARTICVLVS II.

Utrum unio uerbi incarnati sit facta in persona.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod unio uerbi incarnati non sit facta in persona. Persona enim Dei non est aliud a natura ipsius, ut habitum est in primo. Si ergo unio non est facta in natura, sequitur quod non sit facta in persona.

Præter. Natura humana non est minoris dignitatis in Christo, quam in

corpore, ut partibus suis. Christus autem non constituitur in suo esse personaliter, utramque naturam, diuinam scilicet & humanam, ut infra patebit. Intelligitur igitur similitudinem quantum ad ipsam unitatem inpositi, ut ubi que subsistentis in duobus, ubi in natura anime rationalis & carnis, hic in natura Dei & hominis: diuersimode tamen iuxta diuersas conditiones eorundem. Diuigentur autem per facta illa uerba literae. Vnitatis uero personae constituitur ex eis, scilicet anima & corpore unitis, in quantum est vnus aliquis subsistens in carne, & animae oportet nomenque habet seruari in quarta articulo. Secundo, ubi inquiritur, & definitum est quid persona humana, puta Petrus, addit supra suam, hoc est singularem humanitatem, quae est hic homo.

Super Questione secunda articulum secundum.

In articulo secundo eiusdem secundae questionis praedictae randus esset titulus, nisi in corpore articuli declararetur.

In corpore igitur articuli tria sunt, primo declaratur per personam. Secundo ly uniri in persona, per haec enim duo titulus patet. Tertio respondetur quaestio unice conclusione affirmatiua. Vnio uerbi incarnati est facta in persona, ita quod non in natura.

Primum sic declarando differentiam inter personam & naturam, ex diuersa significatione nominum naturae & personae. Vbi scito quod persona & natura nominibus non intelligimus haec uocabula, & natura, & persona, quae important naturam & personam in actu signato, sed nomina quae significant naturam & personam in actu exercito, ut humanitas, & hic homo, seu Sortes, & cetera sic de aliis, ita quod ex eo, quod aliud

p.p. q. 9. art. 1.

p.p. q. 1. art. 1.

Li. 3. c. 1. ad palem

Li. 3. c. 1. in con. stantia. & fur. illi. cil. 9. gl.

Habet concilio in synodo Nestor & cetera loco art. p. in arg. contra

p.p. q. 3. art. 1.

Li. 3. ordi. c. 6.

Loche in 1. c. 1. d. 1. d. 1.

p.p. q. 3. art. 1. Aliquid a pri. m. & cetera 1. p. p.

significat humanitas, & similia nomina naturarum, & aliud significat Sortes, & alia nomina personarum, monstrat differentiam in rebus significatis, scilicet natura & persona. Procedit autem littera ex differentia inter naturam & suppositum, ad differentiam inter naturam & personam, a communioribus tradens doctrinam. Suppositum enim cum idem sit quod prima substantia, commune est omni naturae generis substantiae, persona autem in sola rationali seu intellectuali natura invenitur: ita quod si cur suppositum significat primam substantiam, in quacunque specie substantiae sit, ita persona significat primam substantiam in genere intellectualis substantiae. Et propterea in littera dicitur, quod differentia assignata inter naturam & suppositum, intelligenda est etiam inter naturam & personam: contrahitur enim per personam, natura ad rationalem: & perinde est ac si diceretur suppositum naturae rationalis.

Et quoniam diversimode in diversis invenitur aliud & aliud, quod significatur nominibus naturae & personae: quia in quibusdam invenitur aliud secundum rem, in quibusdam aliud secundum rationem tantum: idem in littera post propositam differentiam significat per naturam a significat per personam, quatuor facit. Primo ostendit quare in quibusdam, scilicet rem distinguuntur natura & suppositum dicens hoc ideo esse, quia naturae potest inveniri aliquid conjunctum, praeter id quod de ratione sua formalis est. Et hanc rationem ita ponderat Auctor, ut ex affirmatione affirmationem, & ex negatione negatione inferat, hoc est, quod in illis, in quibus nil invenitur praeter naturam speciem, suppositum & natura non distinguuntur secundum rem: & in illis, in quibus nil invenitur praeter naturam speciem, suppositum & natura non distinguuntur secundum rem. Secundo explanat in quibus substantiis manifeste sublimi potest distinctio rationalis secundum rem vel non distinctio, & dicit, quod in substantiis compositis ex materia & forma, in quibus inveniuntur & accidentia & principia individuantia praeter naturam speciem, suppositum & natura distinguuntur secundum rem. Tertio declarat, qualiter distinguuntur secundum rem, & dicit, Distinguuntur non tanquam duae res separatae, sed tanquam eadem superaddens aliqua alia. Vbi notandum distinguuntur, quod distinguuntur secundum rem contingit simpliciter primo, sicut dicitur res, quarum una nihil est alterius, ut albedo & dulcedo, ut Sortes & Plato, & alio modo sicut una res includit totam aliam, & superaddat ei aliquid aliud, & hoc modo suppositum distinguuntur a natura secundum rem: quia, si includit naturam, & addit aliqua alia, et ne hoc voluntarie dici videatur, ex duobus effectibus hoc probat, primo ex modo significandi: quia hinc provenit, quod significat suppositum per modum totius, & natura per modum partis formalis, perfective suppositi. Secundo, ex negatione praedicatione quia hic non est sua humanitas, ex hoc, a. p. Sortes est ut totum quoddam respectu naturae & aliorum superadditorum, provenit utrumque, & quod sic significatur ut totum & natura ut pars, constituta in se ipsa, & q. falsa sit affirmatio naturae de Sorte, v. p. p. de toto. Quarto sub alio membro sublimi substantia divinam, in qua natura & suppositum sola ratione distinguuntur: quia nihil in Deo ultra suam naturam invenitur.

¶ Sed occurrunt circa haec multa dubia. Primum est, an differentia realis posita hic inter suppositum & naturam, habeat locum in angelis. Et est ratio dubii: quia in prima parte quest. 3. art. 3. dicit Auctor in substantiis separatis suppositum esse idem secundum rem, quod natura: ita quod Gabriel est sua Gabrielitas: cuius oppositum dicitur hic de Sorte, quod scilicet non est sua humanitas. In oppositum autem est: quia hic dicitur, quod in quibus invenitur aliquid praeter naturam speciem, suppositum differt secundum rem a natura: quia in supposito includitur natura speciei, & quaedam alia quae sunt praeter naturam speciei. Constat autem in angelis inveniri multa praeter naturam speciei, ut existentia actualis, & alia accidentia: quoniam non inveniantur in eis principia individuantia, ergo &c.

¶ Secundum dubium est illud, quod suppositum dicitur ad

dere supra naturam, oporteat esse ens reale, an sufficiat quod sit negatio aliqua secundum doctrinam Auctoris. ¶ Tertium dubium est, an illud, quod addit suppositum supra naturam, oporteat esse intrinsecum supposito: an sufficiat quod sit extrinsecum. Et est sermo de supposito & natura singulari: hoc est de Sorte & hac sua humanitate. Et est ratio dubii difficultas videntur quid est illud intrinsecum, & differentias opinionum, & nostrum, etiam dictum in Commentariis Primae partis in loco allegato, ubi diximus quod non differunt intrinsece. ¶ Quorum dubium est quid sit illud quod suppositum creatum, addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam. Et est ratio dubii: quia hinc non apparet quid sit illud & propter, rei obscuritatem & propter varias opiniones, inde aut cogimur aliquid dicere: quoniam dicimus & affirmamus verbum Dei non assumptisse personam humanam, sed assumptisse hanc humanitatem, & dicimus quod persona humana est inassumptibilis: haec autem natura assumpta est.

¶ Quintum dubium est circa illud, quod in Deo nihil invenitur praeter rationem suae speciei: quoniam in Deo consistuntur personales proprietates realiter inter se distantes, praeter univacum, absolutam ac communem omnibus divinis personis essentiam. ¶ Ad primum dubium dicitur, quod essentia litterae istius procul dubio locum habet in angelis, ut patet inferius in quest. 4. artic. primo ad tertium, ubi natura angeli absque angeli personalitate assumptibilis a divina ponitur persona (quod constat non esse intelligibile si suppositum, & natura essent omnino idem secundum rem) & quod in angelis propter hanc litteram rationem, quam Auctor etiam in Quolibet, 2. quest. 2. artic. 2. tractat, suppositum differt secundum rem a natura: non tamen omni modo quo differunt haec in compositis ex materia & forma, ut ibidem dicitur: quia suppositum in substantiis materialibus differt a natura etiam, quia includit singularitatem naturae, quam non includit natura, talis autem differentia non saluatur inter suppositum & naturam in substantiis separatis: sed illa differentia, quae ponitur hic, communis est omnibus substantiis creatis, scilicet, quod suppositum includit naturam etiam hanc, & addit quaedam alia: natura autem etiam haec non includit illa. Nec obstat doctrina habita in Prima parte: quoniam ibi est sermo de identitate reali & intrinseca reali designatio naturae, ita quod cum pluribus modis possit contingere distinctio suppositi a natura, ibi non est sermo, nisi de illo modo, quo differunt penes aliquid reale intrinsecum designatum naturae: quo modo clare patet suppositum differre ab essentia per definitionem significatam in substantiis materialibus. Sortes enim manifeste differt ab humanitate: quia includit principia individuantia, quae determinant naturam, scilicet humanitatem, constituenso humanitatem esse hanc: quamvis non differat per hoc solum Sortes ab humanitate: sic enim in angelis non differunt suppositum & natura. Nec propterea Auctor tunc ibi diminutus, aut falsus excluso illo modo distinctionis suppositi a natura, concludens identitatem suppositi & naturae in substantiis materialibus, & consequenter in Deo: quoniam est processus iste solus reprehendi possit: nullus tamen articulus sequentibus irreprehensibilis fuit, quoniam ex sequentibus, in illamet quest. articulis excluduntur a Deo (e quo est principalis questio) alii modi, quibus potest suppositum secundum rem distinguere a natura, excludendo enim compositionem ex essentia & esse & quocumque accidente, & quacumque componibilitate, clare patet, quod essentiae illi nihil praeter rationem speciei unctum est, ac per hoc omnes modi, quibus suppositum potest distinguere a natura, exclusi ibi inveniuntur a Deo, non autem ab angelis de quibus non erat tunc questio. Sentus ergo doctrinae illius est, quod in substantiis immaterialibus suppositum & natura sunt idem, secundum rem intrinsece, ita quod ly intrinsece, referatur ad naturam etiam hanc: an autem referatur etiam ad suppositum, sub dubio relinquatur: quoniam inferius discutendum est.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod procul dubio oportet esse

li. 3. esp. 11. & lib. 1. cap. 11. ad sensum hancem.

Habetur in concilio ephe sine in epi. synodi ad Nestorium. & etiam in loco citato art. preced. in arg. sed contra.

p. 34

3. ordi

che m

p. 34

signat

i 17

Ar. pr

cus

ens reale quod suppositum dicit supra naturam: quia est illud, quo differet secundum naturam. Constat enim quod differetia secundum rem tota est alia non est, nisi ratione alicuius entis realis: in hac autem hiera dicitur quod est differentia secundum rem, igitur oportet quod sit secundum aliquam realitatem.

Ad tertiam & quartam dubium respondendum in eis lo. qu. 2. artic. 2. qui melius intelligi poterunt dicenda, postquam tota de persona interim discussa aperta fuerint.

Ad quintum dubium dicitur, quod in Deo prater rationem suam naturam nihil aliud inuenitur: aliud autem sicut non solum realiter, sed formaliter loquendo de formalitate est diuina natura: prout ipsa in se ex se est. Deitas namque si definitur secundum suam meritam, et dicitur in ratione sua formalissima & simplicissima, non solum quod est sapientia, intellectus uoluntatis, & reliquarum absolutarum perfectionum: sed quod est paternitas, filiationis, ac processions. Sed quia noster intellectus non potest illius celsitudinem capere, more nostro distinctas rationes formales essentie & personalis proprietatis formamus, sicut in re unica, excellenti re, & quod dicitur, virtualiter continere has distinctas rationes, quas formamus.

Secundum autem, quid scilicet est unum in persona, declaratur ponenda unam ueritatem, Omne quod inest alicui persone, siue pertinet ad naturam eius, siue non, unum est in persona. Vbi scito latitudinem unionis in persona habere triplicem gradum. Ad cuius clarificationem recolendum est, quod alicui persone quatuor attribuntur, primo extrinseca, ut uelut & locus: secundo accidentia inhaerentia, ut albedo & humilmodi tercio, partes, ut manus & reliqua membra: quarto essentia ipsa etiam singularis, ut haec humanitas habet enim Sortes u. scilicet, albedinem, manum, & hanc suam humanitatem. Sed primum horum non est unum Sorti in persona, quia constat aliud esse suppositum uelutis, & aliud suppositum persona uelutis illa uelutis suppositum enim uelutis est substantia panni, non homo qui uelutitur. Reliqua uero tria ununtur Sorti in persona, nam subiectum accidentium, Sortis est ipse Sortes: & similiter Sortes est qui integratur ex suis membris, & qui constituitur in esse suo specifico individuato per hanc suam humanitatem. Est autem inter istos tres modos unionis in persona distinctas magnas: quoniam accidentia ununtur quidem Sorti in persona, sed non ut pertinent ad integritatem persona, ut patet. Partes uero ununtur in persona Sortis, ut integrantes ipsius personam. Natura autem singularis ununtur persona Sortis, ut constitutiva ipsius Sortis: ita quod tam partes, quam natura ununtur Sorti in persona substantialiter, sed partes secundum esse substantiale partiale: natura uero secundum esse substantiale totius natura. Et quia in hoc articulo sola quaestio de unione in persona tractatur, & inferius discutienda est in articulo. An humilmodi unio in Christo sit substantialis uel accidentalis: ideo presenti proposito sufficit in distincte determinare, quod unio est in persona, non curando de modo seu gradu unionis personalis. Et propterea in littera dicitur, quod omne quod inest alicui persone, siue pertinet ad naturam eius, siue non, unum est in persona. Et per haec patet titulus articuli.

Conclusio responsiua probatur sic. Verbum habet naturam humanam sibi unitam, & non ad suam naturam diuinam pertinentem, ergo unio est facta in Verbi persona & non in natura. Antecedens patet ex fide. Consequentia probatur: quia si non ununtur ei in persona, nullo modo ununtur ei, ac per hoc tota fides subuertitur. Assumptum fundatur super illa maxima. Omne quod inest alicui persone, siue pertinet ad naturam eius, siue non, unum est in persona. Ex hoc enim patet, quod negare

unionem naturam humanam in persona uerbi Dei est negare naturam humanam inesse uerbo Dei, quod est negare incarnationem. Sed est circa processum hunc quaestio, quoniam maxima illa: Omne quod inest alicui persone, siue pertinet ad naturam illius siue non, unum est in persona: autem intelligitur, quod ly inest, uelut ueritate ut pro quo, unumque modo inessendi, aut de aliquo seu alicuius modis inessendi. Si intelligitur latissime pro quocumque modo inessendi, falsum comprobatur: cum etiam uelutis dicitur esse in persona uelutis, quam constat non unum in persona: Si intelligitur restricta ad aliquem, uel ad aliquos essendi modos (puta ut forma in subiecto, aut pars in toto, aut secundum esse substantiale uel accidentiale) probanda esset Minor, scilicet, quod uerbum Dei habere naturam humanam unitam sibi ita modo. Processus ergo iste autem deficit in illa maxima, aut in probatione sublimptorum.

Ad hoc dicitur quod in illa maxima, Omne quod inest alicui persone, &c, lumitur inesse persona proprie, ut in esse distinguitur contra extrinsecus adiacere: quemadmodum uelutis, locus, tempus & alia humilmodi adiacent nobis & non sunt secundum ueritatem in nobis. Unde non oportet descendere ad determinatos modos essendi in persona: sed sufficit, quod uere inest persona quocumque modo illud ueritate ut. Et quia secundum fidei doctrinam uerbum Dei factus est homo secundum rem, ideo non oportet probare, sed supponere ueritatem sublimpti, scilicet quod natura humana inest uerbo Dei secundum rem: exitit siquidem humanitas Christi non per se ipsam, sed in uerbo Deum quantum modus, quo existit in illo, non sit manifestus. Procedit igitur ratio litterae efficaciter ad conclusionem intentam.

In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit, quoniam quaestio & argumentum est de rebus, scilicet de unione naturam humanam ad diuinam personam uel naturam: responsio autem recurrit ad distinctionem rationis secundum modos significandi. Hoc autem non licere patet ex eo, quod abstractendo ab omnibus modis significandi, qui ad uoces spectant & contemplando intellectualiter mysterium incarnationis sicut angeli, constat quod unio secundum rem intelligitur facta in persona, & non natura uerbi. Non eratur igitur ad modos significandi recurrendum pro ratione, quare unio est facta in persona uerbi, & non in illius natura.

Ad hoc dicitur, quod Auator altissimam reddit rationem, quare unio est in persona, & non in natura: est adeo profunda ac formalis, ut non solum comprehendat quare unio est in persona uerbi, & non illius natura, sed etiam comprehendat quare unio est in persona Dei, & non in Dei natura: ita quod dato quod Deus non esset trinitas, sed deitas ipsa, per se ipsam persona esset (ut philosophi intelligunt Deum subsistere) responsio ista inuenitur factis factiua argumenti, cui non satisfacit responsiones recurrentium ad distinctionem inter essentiam diuinam & formale constitutum persona & alia humilmodi dicentium, ut patet. Merito autem Auator hoc fecit: quia argumentum ex identitate naturam Dei, cum Dei persona procedit quocumque modo persona in Deo ponatur siue secundum Philosophos, siue secundu ueritatem reuelatam. Stat igitur responsio in hoc, quod quia natura diuina habet rationem in natura, & persona diuina habet naturam subsistentem in natura, & hanc differentiam manifestat diuersus modus significandi, & unio naturam humanam in mysterio incarnationis non addit aliquid rationi naturam: sed bene addit aliquid rationi persona, quia addit subsistere in natura humana: & ideo unio facta est non in natura, sed in persona, Et quod non adiunctum fuerit aliquid ad naturam

naturam Dei, probatur in litera, quia nec per appositionem, nec transmutationem. Quod verò adiunctum fuerit aliquid personae Dei, probatur: quia humana natura vnitur personae Dei ut persona Dei in natura humana subsistat. ex eo enim quod persona, ut distinguitur contra naturam, est subsistere in natura, sequitur manifeste quod apponendo personam, quod in aliqua alia natura subsistat, vnio fit in persona vnde patet quod passionem nominum secundum modos significandi non pro ratione, sed pro manifestatione differentiae inter naturam & personam Dei in ratione, allatae sunt. Et ratio realis altissima ad realem cognitionem allata est, manifestas, quod etiam cum omnimoda identitate for mali naturae, & personae diuinae, fiat vnio est facta in persona & non in natura Dei.

In ratione ad hunc dubium occurrit: circa similitudinem in litera assignatam inter sensuum in homine & bruto & humana naturam in propria & aliena persona, nam falsum assumit, quod sensuum in bruto est forma completiua: est. n. velut forma generica tam in homine quam in bruto, vt patet. Et propterea non est mirum si est nobilior in homine, ad quem trahitur per nobilissimam differentiam sui generis, scilicet rationale.

Ad hoc dicitur, quod similitudo literae optima est, & optime declarat propositum, sed supponit inter animam intellectiuam & animas aliorum animalium tantam esse differentiam, quae sit in genere formarum materialium: Ac per hoc sensuum ad formas brutorum se habet, vt ad res infra latitudinem sui generis: ad animam vero intellectiuam, quae est hominis forma, & ex qua radicaliter sumitur propria hominis differentia, se habet vt ad formam nobilioris ordinis. Hoc enim supposito, quod constat esse verum, patet quod sensuum in bruto, quia per propria sui generis formam est, habet infra sui generis latitudinem, hanc dignitatem, quae est esse completiuum in specie. In homine vero, quia non per propria sui ordinis formam est, non habet infra sui ordinis latitudinem, hanc dignitatem, quae est esse completiuum in specie. Et similiter natura humana in ceteris hominibus habet infra propriae speciei latitudinem dignitatem proprie personalitatis, in Christo vero non habet propriae personalitatis dignitatem. Sed sicut sensuum dignus est hunc esse specificum completiuum per formam nobilioris ordinis, sic per animam intellectiuam, ita natura humana in Christo maiori donata est dignitate ex hoc, quod ad personalitatem diuinam assumpta est. Ex quibus clare patet sensus literae & similitudinis sine vlla dissonantia.

In responsione ad tertium nota se separatim, apponit siquidem Auctor ly separatim, vt sciant nouit discernere inter se existere, & per se separatim existere: cuiuslibet namque substantiae siue completae, siue incompletae conuenit per se existere, nam per hoc distinguitur contra accidens, cui conuenit non per se, sed in subiecto existere, accidens enim esse est inesse, substantia autem est ens per se. Sed per se separatim existere, nulli substantiae, quae est pars alterius, conuenit: quia non existit separatim a suo toto. Et similiter non conuenit humanitati Christi, quia non sit pars, quia non existit separatim a uerbo Dei, sed in uerbo Dei: sed si separaretur a uerbo Dei, per se separatim existeret: sicut si pars aliqua separaretur a suo toto, per se separatim existeret.

Occurrit hoc in loco, ubi primo distinguimus vnionem in persona ab vnione in natura, transiundo cum eodem cursu doctorum, quod vnio incarnationis aue est in natura, aut in persona seu hypostasi, ut patet in 3. Sententiarum. occurrit inquam quod non falsis

de sufficientia distinctionis dicta, sicut in natura, aut in persona, & consequenter de processu huius articuli & aliorum. Est autem ratio dubij, quia aliter in eodem loquendo de natura & supposito, & aliter in speciali loquendo in diuinis secundum fidei reuelationem inuenimus: nam in eodem loquendo substantia non dicitur nisi de duobus, scilicet natura & habente naturam, hoc est prima substantia, vt patet ex 5. Metaphysicae. & in hoc articulo. In diuinis autem inuenimus tria, scilicet naturam, habentem naturam vt indiuiduum naturae: & habentem naturam, vt hypostasis, ita quod inter Deum & creaturas haec differentia in proposito, quod in creatis substantijs indiuiduum naturae & hypostasis solo nomine distinguuntur, & idem est inueniri aut deesse indiuiduum naturae & hypostasis, vt patet in natura humana assumpta a uerbo Dei. Est. n. ascripta natura haec, scilicet haec humanitas: & quia non est ibi propria hypostasis humanae naturae (nam humanitas illa non habet propriam personalitatem) deficit quodque ibi proprium indiuiduum naturae humanae: nullus enim hic homo ibi inuenitur nisi filius Dei, sicut nulla persona, nulla

hypostasis ibi inuenitur, nisi filij Dei. Solo igitur nomine distinguuntur hic homo & hypostasis, suppositum seu persona humana, puta Sorites, & propria in creaturis duo tamen inueniuntur, natura scilicet & suppositum. In Deo autem magna inuenitur differentia inter indiuiduum naturae diuinae, hoc est hunc Deum, & hypostasis, nam hic Deus cois est rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & consequenter non significat hypostasis, de cuius ratione constat esse incommunicabilitatem, tam Pater, autem, quod Filius, quod Spiritus sanctus personam seu hypostasis diuinam significat. Et propria tria cum inueniantur in Deo, scilicet haec deitas hic Deus, & persona, puta uerbum Dei, in sufficientia primo arguitur distinctio facta, aut vnio est facta in natura, aut in persona nam potest dici, quod est facta nec in natura nec in persona, sed in indiuiduo naturae diuinae, in hoc Deo Ruit quoque processus literae, quod si vnio uerbi incarnati non est facta in persona, nullo modo natura humana vnitur ei. Ruit & illa maxima, Omne quod inest alicui personae, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona, quoniam si natura humana assumpta esset ab hoc Deo, non vniretur in persona, sed in indiuiduo naturae, & tamen in esset personae uerbi, quia uerbum est hic Deus.

Ad hoc dubium quadrupliciter respondet. Primo, negando quod inueniat in diuinis propter hypostases indiuiduum naturae, scilicet hic Deus, licet inueniat haec deitas, quia hoc esset ponere quaternitatem in diuinis. Sed haec ratio falsa est, tum quia in diuinis omne abstractum habet suum proprium concretum, nec inuenit differentia ibi inter abstractum & concretum nisi in modo significandi: constat autem quod ibi inuenit non solum deitas, sed deitas haec, igitur non solum inuenitur Deus, sed Deus hic, & quum hoc quod significo, dicendo Deus hic, sit eodem rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sequitur quod propter hypostases inueniat ibi hic Deus significans indiuiduum naturae diuinae cois tribus personis: tum quia in diuinis inuenitur Deus vnus numero, cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ergo inuenit Deus hic cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Consequenter patet, quod idem addit ly vnus numero supra ly Deus, quod addit ly hic, supra ly Deus. Antecedens patet ex fidei sententia, qua consistitur Patri, & Filio, & Spiritui sancto esse vnus numero Deus, dum dicimus, Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. & tamen non tres dii, sed vnus est Deus: est. n. pculdubio sermo de unitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatem, sicut nec ponendo hoc concretum Deus, ponit quaternitatem, significat. n. habentem deitatem, sicut hic Deus, utroque siquidem

Tertia S. Thomae: B nomine

Ad tertium dicendum, quod uerbum Dei non assumpsit humanam naturam in uniuersali, sed in atomo, id est in indiuiduo (sicut Damascenus dicit) alioquin oporteret quod cuilibet homini conueniret esse Dei uerbum, sicut conuenit Christo. Sciendum est tamen, quod non quodlibet indiuiduum in genere substantiae est in rationali natura habet rationem personae, sed

Ad secundum dicendum, quod personalitas intantum pertinet ad dignitatem alicuius rei & perfectionem, inquantum ad dignitatem alicuius rei & perfectio-

Ad tertium dicendum, quod uerbum Dei non assumpsit humanam naturam in uniuersali, sed in atomo, id est in indiuiduo (sicut Damascenus dicit) alioquin oporteret quod cuilibet homini conueniret esse Dei uerbum, sicut conuenit Christo. Sciendum est tamen, quod non quodlibet indiuiduum in genere substantiae est in rationali natura habet rationem personae, sed

Ad hoc dubium quadrupliciter respondet. Primo, negando quod inueniat in diuinis propter hypostases indiuiduum naturae, scilicet hic Deus, licet inueniat haec deitas, quia hoc esset ponere quaternitatem in diuinis. Sed haec ratio falsa est, tum quia in diuinis omne abstractum habet suum proprium concretum, nec inuenit differentia ibi inter abstractum & concretum nisi in modo significandi: constat autem quod ibi inuenit non solum deitas, sed deitas haec, igitur non solum inuenitur Deus, sed Deus hic, & quum hoc quod significo, dicendo Deus hic, sit eodem rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sequitur quod propter hypostases inueniat ibi hic Deus significans indiuiduum naturae diuinae cois tribus personis: tum quia in diuinis inuenitur Deus vnus numero, cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ergo inuenit Deus hic cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Consequenter patet, quod idem addit ly vnus numero supra ly Deus, quod addit ly hic, supra ly Deus. Antecedens patet ex fidei sententia, qua consistitur Patri, & Filio, & Spiritui sancto esse vnus numero Deus, dum dicimus, Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. & tamen non tres dii, sed vnus est Deus: est. n. pculdubio sermo de unitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatem, sicut nec ponendo hoc concretum Deus, ponit quaternitatem, significat. n. habentem deitatem, sicut hic Deus, utroque siquidem

Tertia S. Thomae: B nomine

Ad tertium dicendum, quod uerbum Dei non assumpsit humanam naturam in uniuersali, sed in atomo, id est in indiuiduo (sicut Damascenus dicit) alioquin oporteret quod cuilibet homini conueniret esse Dei uerbum, sicut conuenit Christo. Sciendum est tamen, quod non quodlibet indiuiduum in genere substantiae est in rationali natura habet rationem personae, sed

Ad hoc dubium quadrupliciter respondet. Primo, negando quod inueniat in diuinis propter hypostases indiuiduum naturae, scilicet hic Deus, licet inueniat haec deitas, quia hoc esset ponere quaternitatem in diuinis. Sed haec ratio falsa est, tum quia in diuinis omne abstractum habet suum proprium concretum, nec inuenit differentia ibi inter abstractum & concretum nisi in modo significandi: constat autem quod ibi inuenit non solum deitas, sed deitas haec, igitur non solum inuenitur Deus, sed Deus hic, & quum hoc quod significo, dicendo Deus hic, sit eodem rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sequitur quod propter hypostases inueniat ibi hic Deus significans indiuiduum naturae diuinae cois tribus personis: tum quia in diuinis inuenitur Deus vnus numero, cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. ergo inuenit Deus hic cois Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Consequenter patet, quod idem addit ly vnus numero supra ly Deus, quod addit ly hic, supra ly Deus. Antecedens patet ex fidei sententia, qua consistitur Patri, & Filio, & Spiritui sancto esse vnus numero Deus, dum dicimus, Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. & tamen non tres dii, sed vnus est Deus: est. n. pculdubio sermo de unitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatem, sicut nec ponendo hoc concretum Deus, ponit quaternitatem, significat. n. habentem deitatem, sicut hic Deus, utroque siquidem

Tertia S. Thomae: B nomine

Lib. 3. orth. fid. cap. 11.

In corp. art.

lib. 1. ab. na. aliquo. un. p.

nomine ponitur vnus numero habens deitatem, cōis trib. personis: quamuis ly Deus non explicet vnitatem numeralem, quam explicat ly hic Deus. Secundo rōdetur, q̄ quamuis ponatur in diuinis indiuiduum naturæ, s̄ hic Deus: quia tamen nullus est hic Deus, nisi pater aut filius aut spiritus sanctus, & assumptio oportet q̄ fiat ad hunc Deum determinare. s̄ uel patrem, uel filium uel spiritū sanctū, ideo hic Deus non posset assumere naturā nisi ut esset psona, & ideo vnio aut est in natura aut in psona. Sed hæc rōtio ambigua, uel falsa est, & eius dicta examināda sūt in q. 3 ar. 3. ubi tractabitur, an abstracta per intellectum psonalitate in Deo possit fieri assumptio naturæ humanæ. Tertio rōdetur distinguendo ly vnio, dicendo q̄ æquiuocā de vnione: qm̄ alterius rōnis est vnio uerbi incarnati, ab vnione, quæ hic De⁹ esset incarnatus. In hoc aut articulo q̄ est de vnione uerbi incarnati, ut patet, i illi⁹ titulo, ita q̄ supponitur hic vnio uerbi incarnati, & q̄ rit qualitas vnionis, supponitur, personā filij Dei, quam uerbum significat, esse incarnatā, esse unitā carni, & querit modus, quæ est facta hæc vnio, an. s̄ in psona. Vbi autem hic

solum illud quod per se existit, non aut quod existit in alio pfectiori. unde manus Sortis quæ sit quoddam indiuiduum, non tñ est persona, quia non p se existit: sed in quodā pfectiori. s̄ in suo toto. Et hoc etiā pōt significari in hoc, q̄ persona dicitur substantia indiuidua non enim manus est substantia, sed pars substantiæ. Licet ergo hæc humana natura sit quoddā indiuiduum in genere substantiæ, quia tamen non per se separatim existit, sed in quodā pfectiori, s̄ in persona Dei uerbi, consequens est q̄ non habeat personalitatem propriam. Et ideo facta est vnio in persona.

ARTICVLVS III.

Utrum vnio uerbi incarnati facta sit in supposito uel hypostasi.

AD TERTIVM sic proceditur. Vt q̄ vnio uerbi incarnati non sit facta in supposito, siue in hypostasi. Dicit enim Augu. in Enchi. † Diuina substantia & humana, & utraque est vnus Dei filius: sed aliud propter uerbū, & aliud propter hominē. Leo Papa etiam dicit in epistola ad Flavianum: \* unum horū conriscat miraculis, aliud succum-

¶ Ad secundam autem obiectionem dicitur, quod ista entitas est substantialis, & identificantur substantiae compositae, hoc est, huic homini non autem huic naturae humanae. Et ideo si haec natura assumpta dimitteretur, non remaneret relatio vnionis: quia nec remaneret hic homo idem numero. Et sicut stat, quod remaneret haec eadem numero natura humana, & non remaneret idem homo, sed esset alius numero homo, alia numero substantia composita, de prima substantia, non de quidditate loquendo, ita stat, quod natura assumpta potest dimitti non remanente eodem hoc homine. immo implicat contradictoria remanere, eundem hunc hominem, & naturam assumptam dimitti: quia tunc in natura dimissa subsisteret alius homo, & non Christus, & subsisteret Christus, & non alius homo. Et error processus Scotiei est ex eo, quod substantia composita est duplex, scilicet natura, & indiuiduum, scilicet haec humanitas, & hic homo. Nec oportet illud quod est idem substantiae compositae, hoc est, huic homini, esse idem huic humanitati: & ideo non oportet remanere humanitate hac, si dimitteretur, remanere idem, quod est idem

**A** huic homini, quale est esse hominem inuentum in hoc homine, qui est Christus. Et haec dicta sunt, loquendo de termino assumpti primum secundum rem, hoc est, actionis, & passionis intellectae per nomen assumptionis: nam loquendo de termino assumptionis, ut importatur in vocabulo assumendi, remitto te ad litteram, quod natura humana est, ut terminus a quo, & persona diuina est, ut terminus ad quem. Quae ideo pro nouitatis dixerim ut non putent doctores nam datam a verbis Auctoris dispare: sed attendant, quod secundum varias considerationes varie assignari potest terminus. Nos autem ad rem spectauimus, ut actioni reali, & esse etui tam excellenti suo proprio, ac terminum in re reale assignaremus. Et licet non manifestauerimus, quomodo quod dictum est, sit manifestauimus tamen ex se dei doctrina, quod ita est. Et hoc sufficere debet in tanto mysterio: quod, ut Aug. dicit si ratione haberet non esset admirabile, & si exemplum haberet non esset singulare. Et ideo caute exempla accipienda sunt, ut scilicet, ut cumque perspicimus mysterii altitudinem, nec mediatur, illud viribus ingenio humani.

modi est minima vnio. **¶** 3. Praet. Per vnionem fit aliquid unum: sed ex vnione animae, & corporis in nobis fit aliquid unum in persona, & natura: ex vnione autem diuinae, & humanae naturae fit aliquid unum solum in persona. ergo maior est vnio animae ad corpus, quam diuinae naturae ad humanam: & sic vnio de qua loquimur, non importat maximam unitatem. **B** SED CONTRA est, quod Augustinus dicit. Trinitas quod homo potius est in Filio Dei, quam Filius in Patre: Filius autem est in Patre per unitatem essentiae, homo vero est in Filio per vnionem incarnationis. ergo maior est vnio incarnationis, quam vnitas diuinae essentiae, quae tamen est maxima vnionum: & sic per consequens vnio incarnationis importat maximam unitatem.

**S**ED CONTRA est, quod Augustinus dicit. Trinitas quod homo potius est in Filio Dei, quam Filius in Patre: Filius autem est in Patre per unitatem essentiae, homo vero est in Filio per vnionem incarnationis. ergo maior est vnio incarnationis, quam vnitas diuinae essentiae, quae tamen est maxima vnionum: & sic per consequens vnio incarnationis importat maximam unitatem.

**R**ESPON. Dicendum, quod vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo uno. Potest ergo vnio incarnationis dupliciter accipi, uno modo, ex parte eorum quae coniunguntur: alio modo, ex parte eius, in quo coniunguntur, & ex hac parte, homini vnio

*Super Quaestione 2. Articulum nonum.*

**I**N articulo 9. aduerte primo, quod cum iam distinctum sit de vnione vel pro relatione vnionis, vel pro coniunctione, ad qua consequitur relatio vnionis, hoc in loco non sumitur vnio pro relatione, sed pro coniunctione ipsa, ut patet in principio corporis articuli, & ex conditione, quae de ipsa inquiritur, scilicet de excellentia eius respectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum enim hoc est, querere de relatione, nisi ratione fundamenti, nam seclusa ratione fundamenti, nulla vnionis relatio est maior altera: sed ideo vnio materiae, & formae est maior vnione substantiae, & accidentis, quia fundamentum est magis indiuisum, ut patet.

**A**duerte secundo quod non queritur explicite de vnione naturae, & personae vtrum sit maxima: sed de vnione naturarum in persona, verumtamen, & hoc in responsione ad vltimum tractabit. **I**n corpore articuli duo sunt, primo ponitur distinctio b. mebris deinde responderetur quaestio cuius distinctio iuxta membra proposita distinctio. Est autem distinctio ista. Vnio incarnationis dupliciter consideratur, vel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur distinctio, quia vnio claudit in se duo, primo, extrema, quae iunguntur: secundo, vnium in quo coniunguntur: est enim vnio coniunctio aliquorum in aliquo vno. Principalis conclusio responsiva quaestio est, Vnio naturarum in Christo ex parte eius, in quo vniantur, est maxima. Probatur, quia vnitas diuinae personae, in qua vniantur, est maxima. Secundaria conclusio est. Huiusmodi vnio ex parte naturarum, quae coniunguntur, non est maxima, nec aliter probatur.

**C**irca distinctionem in littera assignatam, dubium non dissimulandum occurrit: quoniam videtur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo vno, potest accipi non solum ex parte eorum, quae coniunguntur, vel ex parte eius, in quo coniunguntur:

tur: sed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo vno. Verbi gratia, coniunctio corporis, & animae in Sorte, potest accipi ex parte animae, & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illius in Sorte. Et in litera hoc tertium membrum deficit, & tamen hoc est principalis membrum in proposito considerandum:

quoniam, non dicitur proprie loquendo, vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, sed ex parte coniunctionis extremorum in termino. Contingit siquidem in Sorte coniungi multa accidentia quae licet ex parte eius in quo coniunguntur, scilicet persona Sortis, habeant maximam vnitatem: non tamen propterea sunt maxime vnum, quia coniunctio ipsa in Sorte non est maxima, sed minima.

¶ Dubium secundo oritur hinc circa conclusionem principalem, quoniam non nisi abusive saluatur,

ex illa vnione incarnationis esse maximam post vnionem trinitatis diuinae, quod est & Auctor saluare nititur in litera, & Bernardus in lib. de consideratione, asserit. Et probatur seque: quoniam non nisi abusive diceretur, quod vnio creaturarum vniuersi est maxima, quia ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima: quia vnitas Dei in quo vniuntur est maxima vnitas, ita n. dicitur in litera, quod diuinae humanaeque naturae vnio in Christo est maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vnitas diuinae personae, in qua vniuntur, est maxima. Et similiter non solum vnitas naturarum diuinae, & humanae esset maxima, sed etiam vnio accidentium Christi, puta, visus, & auditus, esse albi & cri spii, esset maxima ex parte eius, in quo vniuntur, quia vnitas in persona diuina, cuius vnitas est maxima: hoc enim non est saluare vnionem incarnationis esse maximam nisi abusive, vt patet. Et multiplicatur dubium ex Durando io 5 dist. 3. sent. q. r. dicente vnionem incarnationis esse maximam, quantum ad dignitatem, & non quantum ad intrinsecam rationem vnionis. Et hoc enim probat, quia illa vnio est, quantum ad rationem vnionis maxima, cuius extrema magis, & intimius efficiunt, vel efficiuntur vnum: sed extrema multarum vnionum, & non incarnationis sunt talia ergo. Maior probatur, quia vnione, in qua aliqua sunt vnum: ratio aut vnus est ratio indiuisi. Minor vero, quia materia, & forma constituunt vnum per essentiam, & vnum est inseparabile ab alio manente consistentia: non sic autem constat esse extrema incarnationis. Vnde glossa Durandus Bernardum, quod intelligitur de maxima vnione quantum ad dignitatem.

¶ Ad hanc quaestionem respondetur, quod distinctio male intelligitur: nam, neutrum distinctionis membrum accipiendum est secundum se, ita quod cum distinguitur, coniunctionem posse accipi ex parte extremorum vel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorum secundum se, & similiter non intelligitur ex parte termini secundum se: sed quemadmodum primum membrum intelligitur ex parte extremorum inter se, ita secundum intelligitur ex parte termini vt coniungentis. Et sic non deficit tertium membrum: sed tertium membrum est id quod distinguitur in primum, & secundum. Nam coniunctio ipsa duorum in aliquo vno, distinguitur, quia accipi potest ex parte extremorum inter se, vel ex parte eius, in quo coniunguntur, vt sic v.g. Coniunctio animae, & corporis in homine potest dupliciter accipi, primo, ex parte animae, & corporis, non formaliter (sic enim valde distans) sed inter se, quia inter se iunguntur, vt actus substantialis, & potentia: alio modo, ex parte eius, in quo iunguntur, in quantum iunguntur in illo, puta, in quantum sunt in vna natura composita, puta, humanitate, vel in quantum sunt in vna persona, puta, Sorte. Et hic est verus sensus distinctionis literae: obiectiones autem procedunt contra alium sensum, quo sumuntur extrema, quae iunguntur secundum se, & id in quo iunguntur secundum se. Et ideo non est mirum si deficit, si deducitur:

habet praeminentiam inter alias vniones: nam vnitas per sonae diuinae, in qua vniuntur duae naturae, est maxima. Non autem habet praeminentiam ex parte eorum, quae coniunguntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod vnitas diuinae personae est maior, quam vnitas numeralis, quae scilicet est principium numeri. Nam vnitas diuinae personae, est vnitas increata, per se subsistens, non recepta in aliquo per participationem: est etiam in se completa, habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo non competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quae est pars numeri, & quae participatur in rebus numerata.

¶ Et ad inconuenientiam, & si non saluatur intentum nisi abusive: ¶ Ex his patet solutio secundum dubium, nam sensus literae est, quod naturae diuinae, & humanae, quae in mysterio incarnationis vniuntur, coniunctio dupliciter potest accipi, vel ex parte naturarum inter se (& sic per se nota relinquatur pars negatiua, sicut vere est per se nota, quia inter se non vniuntur, nisi sicut causa, & instrumentum causae, vbi constat non esse maximam vnionem) vel ex parte eius, in quo vniuntur, hoc est ex parte personae coniuentionis, quae obinet in vna persona diuina: hoc enim idem est ac dicere, ex parte personae diuinae, in qua coniunguntur, vt sic, ac dicere ex parte personae diuinae in quantum est persona, vniuersumque naturae: hoc enim est accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iunguntur, vt sic, hoc est, formaliter loquendo. Quocirca quia,

Et ideo quantum ad hoc, vnio incarnationis praeminet vnitati numerali, ratione. I. vnitatis diuinae personae, non autem ratione naturae humanae, quae non est ipsa vnitas diuinae personae, sed est ei vnitas.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit ex parte coniuentionis, non autem ex parte personae, in qua facta est vnio.

AD TERTIUM dicendum, quod vnitas diuinae personae est maior vnitas, quam vnitas, & personae, & naturae in nobis. Et ideo vnio incarnationis est maior, quam vnio animae & corporis in nobis. Quia vero illud, quod in contrarium obijcitur, falsum supponit. I. quod

vt patet ex prius dictis, vniuntur in persona diuina substantialiter, & non accidentaliter, vt accidentia Christi, & vniuntur substantialiter, non vt partes (vt manus, & caput) sed vt totum, vt natura ipsa, vt haec humanitas vniuntur Sorti, & vniuntur non solum substantialiter absque partium imperfectione, sed sic substantialiter vniuntur in vna simplicissima, & indiuisibilissima ac incomponibili vnitate substantiali personali communi vtriusque naturae, vt superet merito omnem aliam vnionem quoruncunque in alio, vt sic, ita quod licet anima, & corpus Sortis vniantur substantialiter, & in vna natura humanitatis, & in vna persona Sortis non tamen magis, sed pluribus modis vniuntur, quam natura diuina & humana in Christo: quia vniuntur, & in natura, & in persona, istae autem vniuntur tantum vno modo, scilicet, in persona: sed vnio haec in isto vno modo, est maior, quam sit illa in vtroque: quia in mysterio incarnationis vnitas communis extremis, secundum quam propriissime, & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio est vnitas personalis simplicissima, & incomponibilis, & indiuisibilissima ad quam constat, quod nec vnitas personalis Sortis, nec vnitas essentialis humanitatis, nec ambae simul ascendunt, vt patet.otanter autem dixi, vnionem in alio, dixi enim hoc ad preferendam doctrinam hanc ab vnione aliorum inter se: quoniam vt in litera patet, non ex hac parte, sed solum ex parte vnionis in aliquo vno, vnio naturarum in Christo est maxima. Si tamen vnio haec incarnationis perspicitur, vt est duorum inter se, scilicet personae diuinae, & humanae naturae, sic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias vniones propter dictam rationem. Et secundum quid excedit vnionem Trinitatis, vt dicitur in responsione ad vltimum ex August. quia homo potius est in filio Dei, quam Filius in Patre, quia scilicet, idem est suppositum hominis, & Filii Dei, non est autem idem suppositum Patris, & Filij appellatur autem secundum quid maior hinc ista vnitas, quia homo imponit vtrumque, naturam scilicet humanam, & suppositum, & non quo ad naturam significatam, sed quo ad suppositum tantum est magis in Filio, quam Filius in Patre: merito autem, quod secundum aliquid sui est magis vnum, & secundum aliquid minus vnum appellatur secundum quid, & non simpliciter magis vnum. Et per haec patet expositio literae totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quod extorquet Bernardi sententiam, & vtilificat eam: de vnione enim in quantum vnio, secundum ipsam rationem vnionis loquitur Bernardus, proponens vnionem Trinitatis, quae non esset proponenda quo ad dignitatem, quia tota Triplex non est dignior persona filij, formaliter igitur Bernardus, formaliter, & Auctor loquitur, formaliter & nos melius magis, atque saluamus, vnionem incarnationis esse post vnitatem Trinitatis maximam simpliciter. Et cum dicitur, illa sunt magis

magis

magis vnum, quorum extrema magis, & intimius constituunt vnum, dicitur quod addendum est huic propositioni, vel sunt vnum inter se, vel in tertio: alioquin negetur, quia voluntaria est. Nam ex intrinseca ratione vnionis, & vnus nihil aliud habetur, quam quod vnita, aut sunt aut sunt vnum, hoc est indi-

\* positam arg. sed contra.

nisi inter se, vel in tertio: personae enim diuinae non sunt, sed sunt vnum in tertio, hoc est in diuina essentia. Et similiter in proposito duarum naturarum sunt vnum in persona diuina, & natura humana est vna personaliter cum persona diuina. Et sic negatur. Minor, scilicet quod materia & forma magis, & intimius sunt vnum in essentia humanitatis: non enim est minus vnum, vnum in persona substantialiter, & simpliciter ma, quam vnum in substantia, & persona composita. Et cum probatur ex inseparabilitate, respondetur, quod etiam hic non potest fieri separatio, salua consistencia omnium extremorum: quoniam si humana natura separaretur a verbo, non esset idem, sed alius homo, & si militer persona diuina amitteret esse hominem Constantem, quod tam esse hominem, est esse substantiale, quam esse alium hominem, est esse aliam substantiam. Et si haec apparent mirabilia, & incomprehensibilia nobis, non propterea sunt reiicienda, sed credenda, & veneranda.

Inf. q. 6. art. 6. & veri. q. 29. art. 2. & 3. di. 13. q. 3. art. 1. \* P. sec. q. 110. art. 2. 3. Art. 6. huiusmodi.

ARTICVLVS X.

Utrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

AD DECIMUM sic procedit. Vt, quod vnio incarnationis non sit facta per gratiam. Gratia enim est accidens quoddam, ut in 2. parte habitum est: sed humanae naturae vnio ad diuinam non est facta per accidens, ut supra ostensum est. Ergo vnio incarnationis non sit facta per gratiam.

1. Praet. Gratia subiectum est anima, sed sicut dicitur Colof. 2. in Christo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo videtur, quod illa vnio non sit facta per gratiam.

2. Praet. Quilibet sanctus Deo vnitur per gratiam. si igitur vnio incarnationis fuit per gratiam, videtur, quod non aliter dicatur Christus esse Deus, quam alii sancti homines.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. 2. de Praedest. sancto- rum, ea gratia fiat ab initio fidei sua homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: sed homo ille factus est Christus per vnionem ad diuinam naturam. ergo vnio illa fuit per gratiam.

RESPON. Dicendum, quod sicut in 2. parte dictum est, gratia dupliciter dicitur, vno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis: alio modo ipsum gratuitum donum Dei. Indiget autem humana natura gratuita Dei voluntate ad hoc, quod eleuetur in Deum, cum

cap. 11. ante med. 10. 7.

Super Quaestio. 59. artic. 4. c. 1. m. m.

Titulus articuli 10 clarus est.

In corp. articuli duo sunt. primo ponitur distinctio bi membris de gratia, secundo respondetur quaestio tribus conclusionibus. Distinctio est, Gratia pro voluntate Dei gratuita, vel pro gratuito dono.

\* 3. di. 13. q. 3. art. 1. P. s. q. 110. art. 1.

Vbi nota duo, primum est, quod in vtroque membro fit mentio de gratuito: quia voluntas quandoque est debita quaeque gratuita: voluntas enim iustitiam ministrans est voluntas ex debito dantis vnici: quod suum est: voluntas autem non ex debito, nec mercenarie, nec vi, aut metu dantis, sed amore benevolentiae gratuita est: & similiter donum gratuitum est, quod ex tali voluntate

A datur. Secundum est, quod appellatione doni gratuiti non solum venit habitualis gratia, sed et quocumque donum gratis concessum, siue illud sit actuale aliquid auxiliu, siue quicumque alia res. Vnde quia hoc membrum subiudicatur in litera, quamuis non sub forma subdiuisionis, ideo numerus conclusionum excedere videtur et membra diuisionis, cum tamen in veritate iuxta tria membra in litera, posita scilicet gratuita voluntatem Dei, & gratuitum donum habitualis gratiae, gratuitum donum ipsius vnionis, tres sint conclusiones.

hoc sit supra facultatem suae naturae. Eleuatur autem humana natura in Deum dupliciter, vno modo per operationem, quam sancti cognoscunt, & amant Deum: alio modo per esse personale, qui quidem modus est singularis Christo, in quo humana natura assumpta est ad hoc, quod sit persona filij Dei. Manifestum est autem, quod ad perfectionem operationis requiritur, quod potentia sit perfecta per habitum: sed quod natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

Sic ergo dicendum est, quod si gratia accipiatur ipsa Dei voluntas gratis aliquid faciens, vel grati seu acceptu aliquo habes vnio incarnationis facta est per gratiam, sicut & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem: si vero gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donu, sic ipsum quod est humanam naturam esse unitam personae diuinae, potest dici quaedam gratia, in quantum nullis praecedentibus meritis hoc est factum, non autem ita quod sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis vnio fiat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod gratia, quae est accidens, est quaedam similitudo diuinitatis participata in homine. Per incarnationem autem humana natura non dicitur participasse similitudinem aliquam diuinae naturae, sed dicitur esse coniuncta ipsi diuinae naturae in persona filij: maius autem est ipsa res, quam similitudo eius participata.

AD SECUNDUM dicendum, quod gratia habitualis est solum in anima: sed gratia gratuita Dei donum, quod est vniri diuinae personae, pertinet ad totam naturam humanam, quae componitur ex anima, & corpore. Et per hunc modum dicitur plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter habitasse: quia est unita diuina natura non solum animae, sed et corpori: quauis et possit dici, quod dicitur habitasse in Christo corporaliter, in umbra, sicut habitauit in sacramenti ueteris legis, de quibus ibidem subditur, quod sunt umbra futurorum,

nam hinc habes, quod ex eo quod formaliter loquendo inter naturam, & propriu suppositu nullus exigit habitus, ideo inter naturam humanam, & personam filij Dei in Christo nullus exigitur habitus fundatur. n. hic processus super illa proportionalitate, vt patet. Nota secundo, quod gratia habitualis in proposito nomine non restrin-

gitur. Nota secundo, quod gratia habitualis in proposito nomine non restrin-

cedere videtur et membra diuisionis, cum tamen in veritate iuxta tria membra in litera, posita scilicet gratuita voluntatem Dei, & gratuitum donum habitualis gratiae, gratuitum donum ipsius vnionis, tres sint conclusiones.

Prima igitur conclusio est, sumendo gratiam pro gratuita Dei voluntate, vnio incarnationis facta est per gratiam, sicut & vnio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem.

Probat, quia ad hoc, quod natura humana eleuetur in Deum siue per se esse personale, siue per operationem, eget Dei voluntate gratuita quia vtrumque est supra facultatem naturae suae. Secunda conclusio est sumendo gratiam pro gratuita Dei dono, hoc est gratia habituali, vnio incarnationis non est facta per gratiam, vnio vero sanctorum ad Deum fit per gratiam. Probat, quia in coelo loquendo formaliter ad perfectionem operationis requiritur, quod potentia sit perfecta per habitum: ad hoc autem, quod natura sit in suo supposito, non exigitur habitus aliquis. Differentia autem inter has duas vniones in hoc consistit, quod vnio sanctorum ad Deum est per eleuationem ad operationes cognitionis, & amoris: vnio autem Christi est per eleuationem naturae humanae ad esse personale filij Dei: nulla ergo gratia hic mediat, sed ibi.

Vbi nota primo, quod hinc habes apud Augustinum, eodem se habere modo naturam humanam Christi ad personam filij Dei, si cut se haberet ad personam patris, & sicut se habet natura Sortis ad personam Sortis.

8. dist. 4. q. 3. art. 2. & q. 2. & col. 2. l. c. 2. co. 3.

Nota secundo, quod gratia habitualis in proposito nomine non restrin-

Scilicet S. Thomae.

gitur ad gratiam, quae ponitur in essentia animae, ut distinguitur a charitate, & alijs habitibus infusis, sed continetur sumitur, ut comprehendit sub se quemcumque infusum habitum. Et hoc habes in littera ex eo, quod habitus ad perfectionem operationis requisitus, in potentia operatiua ponitur, quod non verificatur de gratia restricta ad habitum ineffentia, ut patet.

Tertia conclusio est, sumendo gratiam pro gratuito Dei dono, quicquid sit illud, vno incarnationis esse gratia. Probarur, quia est donum Dei concessum humanitati Christi nullis praecedentibus meritis.

Vbi nota primo, quod hoc modo loquendo de gratia, ipsa vno appellatur gratia modaliter: quia scilicet gratuite facta est, scilicet absque vno merito, & hinc fit ut in hislo ponatur vltra habitualem gratiam, gratia vno nis, quod est ipsa vno gratuito concessa.

Nota secundo, quod dicitur Auctor locutus, non dixit, quod hoc modo loquendo gratiam vno sit facta per gratiam, sicut dicitur in praecedentibus conclusio nibus, & sicut quaesitum est in titulo articuli: sed dixit quod ipsa vno est gratia. Gratia est: quia ly per, denotat causalem gratiam super vnione: cuiusdem autem ad seipsum non est causalitas.

In responsione ad primum eiusdem articuli, nota ex supradictis in articulo 7 eiusdem quod quod coniunctio humanae naturae cum persona filii Dei (quae nihil aliud est, quam vnumque indiuisio in esse personali ipsius filii Dei) potest dupliciter accipi, scilicet vel secundum illam entitatem personam, quae est illud esse personale istius naturae creatae, vel secundum mutationem, & relationem, qua vnitur, & vnita relatiue dicitur humana natura personae nullum siquidem aliud ens reale appareret intervenisse, aut inueniri in hoc mysterio, vltra extrema. Et si quidem vnionis gratia pro gratuito dono sumatur secundo modo, sic est donum creatum, quoniam tam mutatio personae, qua natura humana elevata est ad esse personale Dei, quam relatio vnionis, inter creatas res est. Si vero vnionis gratia simpliciter pro dono gratuito sumatur primo modo, sic quo ad re datam increatum donum est, quia data est personalitas divina naturae creatae, quo ad substantialem vero compositionem seu coniunctio, nempe personalitatis cum natura, donum creatum est, ut patet. Et quia vnionis gratia, haec omnia concludit, ideo quandoque res increata ponitur, ut in hac littera, dum dicitur, maius autem est ipsa res, quam ipsa similitudo eius participata, & est sermo de re diuinae naturae, & personae, in qua vnionis gratia consistit. Quandoque autem ponitur res creata, cum ex voluntate Dei gratuita facta dicitur in hac littera, & diffuse inferius articulo 12 huiusmet q. & verum est quantum ad communicationem illius esse diuini ad naturam humanam, quae per assumptionem facta est, & ad quam relatio vnionis consequitur.

**ARTICVLVS XI.**  
*Verum vnionem verbi incarnati aliter quae merita praecesserint.*  
**AD VNDECIMUM** sic proceditur. **U**t, quod vnio incarnationis fuerit aliqua merita subsequuta: quia super illud, Psal. 32. Fiat misericordia tua super nos quemadmodum, & dicitur gl. Hic insinuat desiderium Prophetae de incarnatione, & meritum impletionis, ergo incarnatio cadit sub merito.

**Q**uestio 2. **Prat.** Quicumque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest: sed antiqui patres merebantur vitam aeternam, ad quam peruenire non poterant, nisi per incarnationem. dicit enim Greg. \* in li. 13. mor. Hi qui ante Christi aduentum in hunc mundum uenerunt, quantumlibet iustitiae virtutem haberent, ex corporibus educti, in signum coelestis patriae statim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille uenerat, qui iustorum animas in perpetua sede collocaret. ergo videtur, quod meruerint incarnationem.  
**Q**uestio 3. **Prat.** \* de beata virgine canatur, quod Dñm omnium meruit portare, quod quidem factum est per incarnationem, ergo incarnatione cadit sub merito.  
**S**ED CONTRA est, quod Aug. dicit in li. \* de Praedest. San. Quisquis in capite nostro praecedentia merita singularis illius generationis inuenit, ipse in nobis praecedentia merita multiplicata regenerationis inquirat: sed nulla merita praecesserunt regenerationem nostram, nisi illud Tim. 3. Non ex operibus iustitiae.

**Super Questionis 2. Articulum 11.**

**I**n titulo articuli 11. vide, quod in praecedenti, & hoc, atque sequenti articulo quaesitio est de causa vnionis. Et quoniam triplex illius causa assignatur, scilicet gratia, merita, & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc 11. quaeritur de

meritis, an s. vno haec ex meritis fuerit: & demum in 12. quaeritur an sit naturalis Christo, &c. hoc est, a natura.

**I**n corpore articuli tres conclusiones. Prima est Nulla Christi opera fuerunt meritoria vnionis. Probarur: Ille homo, qui est Christus, a principio suae conceptionis fuit filius Dei hypostatice, ergo omnis illius hominis operatio subsequuta est vnionem: ergo nulla eius operatio potuit esse meritorium vnionis. Antecedens declaratur primo, & differentia inter sententiam fidei, & heresim Photini. Et probatur secundo auctoritate angeli Luc. 1. Consequenter autem relinquuntur, ut per se nota, & vere sic est, quod prima pater ex hoc ipso, quod omnis operatio cuiuscumque hominis praesupponit illum hominem: oppositum enim non est intelligibile. Quae autem est deesse, quod omnis operatio Christi praesupponit vnionem, & deesse, quod praesupponit persona illius hominis: quod non nisi per vnionem habetur persona illius hominis: quod est ipsa persona filii Dei. Ex hoc igitur, quod persona illius hominis est persona filii Dei per vnionem naturae humanae ad personam filii Dei, ergo, & ea videntur sequitur, quod omnis operatio illius hominis praesupponit vnionem, quia praesupponit illum hominem. Secunda quod dicitur, quod vnio praecedit factam naturae ordine primum, ut patet.

**D**ubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quod omnis operatio ad illius hominis subsequuta est vnionem, non tamen hinc habetur, quod omnis operatio illius naturae humanae subsequuta est vnionem. Et dicitur quod vnio, quod illa natura humana sicut secundum se praesupponitur naturae ordine vnioni (quia assumptio praesupponit quod assumitur) sic secundum aliquod opus eius, puta intelligere, & velle, quae sunt instantaneae, praesupponitur deinde naturae assumptioni: & per illud velle in ordinatum charitate natura illa meruit assumi in eodem instanti temporis, & prius natura.

**A**d hoc dubium non oportet aliunde, quam ex littera fundamenti respondere, ita tamen ut non sit sermo de potentia diuina absolute cum dicitur, quod non potuit aliquid operatio praecedere vnionem: sed de potentia quam ordo rerum habet simpliciter, & in mysterio incarnationis. Cum enim natura humana in Christo assumatur ad esse personale Dei, demum est ordo naturae humanae Christi ad personam filii Dei, qui est natura humanae Sortis, ad personam Sortis. Et ideo sicut natura Sortis prius natura personatur per Sortem, quam operetur, tum quia esse personale, ut potest substantiale, est prius, quam operari, tum quia prius terminus, ut quod generationis, est ipse Sortes, & deinde natura ordine consequuntur operationes etiam naturalissimae, ut si uol heret, prius dicitur praesupponitur solis, & deinde luceret, quoniam in eodem instanti: ita prius natura humanitas Christi personatur per uerbum Dei, quam operetur propter vnionem, & tam rationem: quia licet personari spectat ad esse substantiale, contentum enim subsistere, quod prima substantia (solus est) & quia prius terminus generationis Christi, ut quod, fuit persona filii Dei, dicitur Angelo, Quod ex te nascetur sanctum vocabitur proculdubio.

1. 2. q. 98. ar. 4. c. & 3. dist. 4. q. 1. ar. 1. & 2. h. & ideo. 1. h. 4. col. 3. Inuenitur i glo. inter Lib. 2. art. 11.

Lib. 112. circa h.

In off. ill. ad mat. Cap. 15. tom. 7.

proculdubio eū rei veritate filius Dei. Non potest ergo poni, quod anima Christi prius natura, quam vniretur, intelligeret aut amaret.

Secunda conclusio est, Nulla opera cuiuscumque alterius hominis poterunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Probatur tripliciter. Primo, quia vnio ista superat vnionem beatitudinis, quae proprie cadit sub merito. Secundo, quia vnio ista est principium gratiae, quae non potest cadere sub merito. Tertio, quia vnio ista est reformatiua totius humanae naturae, cuius totius bonum, constat non posse à singulari puro homine causari.

Tertia conclusio est, Sancti patres meruerunt incarnationem de congruo desiderando, & petendo. Probatur, quia congruum est Deum exaudire sibi obediētes. Et hoc etiam modo exponi potest, quod beata virgo meruit Christum portare, scilicet merito congruo.

Super Quæstionem 12. Articulus 12.

In titulo articuli duodecimi nota, quod ideo in titulo apponitur ly homini, ut quod non queritur vtrum gratia vnionis sit Christo naturalis, sed an sit naturalis Christo homini, vt denotaretur, quod difficultas huius dubij ex parte eius, quod est esse hominem, se tenet. Non enim est quæstio de Christo secundum quod Deus; sed secundum, quod est homo, an gratia vnionis sit illi naturalis.

In corpore articuli duo sunt primo ponitur vna distinctio de ly naturalis: secundum respondetur quæstio tripliciter. Distinctio est secundum naturale dupliciter, vel quod causatur ex principiis essentialibus rei si-

quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrum regenerationis: ergo nec illam Christi generationem aliqua merita præcesserunt.

RESPON. Dicendum, quod quantum ad ipsum Christum, manifestum est ex præmissis, quod nulla eius merita poterunt præcedere vnionem. Non enim ponimus, quod ante fuerit purus homo, & postea per meritū bonæ vitæ obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Photinus: sed ponimus, quod à principio suæ conceptionis, ille homo vere fuerit filius Dei, vt pote nō habens aliā hypostasim, quam filij Dei, sicut illud Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionē: ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis: sed neque opera alterius cuiuscumque hominis poterunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primo quidem: quia opera meritoria hominis proprie ordinantur ad beatitudinē, quæ est virtutis præmiū, & consistit in plena Dei fruitione. Vnio autē incarnationis, cum sit in esse personali, transcendit vnionē beatitudinis ad Deū, quæ est per actū fruentis: & ideo nō potest cadere sub merito. Secundo, quia gratia non potest cadere sub merito: quia est merendi principium. Vnde multo minus incarnatio cadit sub merito, quod est principium gratiæ sicut illud Io. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Tertio, quia incarnatio Christi est reformatiua totius humanæ nature: & ideo nō cadit sub merito alicuius hominis singularis: quia bonū alicuius puri hominis non potest esse causa boni totius nature: ex congruo tū meruerunt sancti patres incarnationem, desiderando, & petendo: congruū enim erat, vt Deus exaudiret eos, qui ei obediēbāt.

Et per hoc patet responsio ad primum.

AD SECUNDUM dicendum, quod hoc est falsum, quod sub merito cadit oē illud, sine quo præmiū esse non potest: quædam enim sunt, quæ non solū requiruntur ad præmiū, sed et præxiuntur ad meritum, sicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipsa hominis natura. Et similiter incarnationis mysterium est principium merendi: quia de plenitudine Christi oēs accepimus, vt dicit Ioan. 1.

AD TERTIUM dicendum, quod beata virgo dicitur meruisse portare dominum omnium: non quia meruerit ipsum incarnari: sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congrue posset esse mater Dei.

ARTICULVS XII. Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

AD VODECIMVM sic proceditur. Videtur, quod gratia vnionis nō fuerit homini Christo naturalis. Vnio enim incarnationis non est facta in natura, sed in persona, vt dictū est: sed vnumquodque denominatur à termino: ergo gratia illa magis debet dici personalis, quam naturalis.

¶ 2. Præter. Gratia diuiditur contra naturam, sicut gratuita, quæ sunt à Deo, distinguuntur contra naturalia, quæ sunt à principio intrinseco: sed eorū, quæ ex opposito diuiduntur, vnum non denominatur ab alio: ergo gratia Christi non est ei naturalis.

¶ 3. Præter. Naturale dicitur, quod est sicut naturam: sed gratia vnionis nō est naturalis Christo sicut naturam diuinam (quia sic conueniret alijs personis) nec est naturalis est ei secundum naturam humanam: quia sic conueniret omnibus hominibus, qui sunt eiusdem nature cum ipso. Igitur vtrum, quod nullo modo gratia vnionis sit Christo naturalis.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in Enchirid. \* In humana nature susceptione fit quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quia nullum possit admittere peccatum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Philo. in 5. Metaph. \* natura vno modo dicitur ipsa naturi, alio modo essentia rei. Vnde naturale potest aliquid dici dupliciter, vno modo, quod est tū ex principiis essentialibus rei: sicut igni naturale est sursum ferri: alio modo dicitur esse homini naturale, quod ab ipsa naturiuitate habet, sicut illud Eph. 2. Eramus natura filij iræ. Et Sap. 12. Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum. Gratia igitur Christi siue unionis, siue habitualis nō potest dici naturalis, quasi causata ex principiis humane nature: in Christo: quis possit dici naturalis, quasi

Ter. s. Thomæ.

cur passio ex principis subiecti, sicut moueri deorsum ex principis corporis gram, vel quod ab ipsa naturiuitate habetur. Probatur primo distinctio: quia natura dicitur dupliciter 5. Met. s. de essentia, & de naturitate. Probatur secundo secundum membrum, auctoritate duplici sacre scripturæ.

¶ Nota hic, quod secundum membrum f. naturale a naturitate, dupliciter intelligi potest, vno modo, vt denotetur sola coarctas, quia scilicet, incoeperunt simul tempore, sicut de cæco à naturitate dicitur, quia cæcitas simul incoepit cum homine, qui est cæcus: alio modo, vt denotetur non sola conditio, sed etiam causalitas, ita quod ex vi naturitatis habeat illud: sicut dicitur, quod sextus digitus est naturalis ex naturitate in vtero, quia ex vitalis naturitatis abundantia in materia, &c. Iste sortitus est sextum digitum. In proposito intelligitur sicut membrum vtriusque modo: & ad secundum membrum spectat auctoritas Apostoli, Eramus natura filij iræ: quoniam ex vi naturitatis nostre per propagationem ex Adam sumus filij iræ, dum ex vi naturalis nostre in vtero inficimur peccato originali. Ad primum autem modum spectat auctoritas Sapientie: quoniam Chanangi, de quibus loquitur, non ex vi naturitatis contrahebant peccata parentum, sed malitia illorum ita cito incipiebat, vt dicebatur in vtero incoepisse, iuxta consuetum modum loquendi sermone emphatico.

¶ Prima conclusio est. Gratia siue vnionis siue habitualis non est naturalis Christo, vt causata ex principiis humane nature. Secunda conclusio est. Gratia vtriusque potest dici naturalis Christo, quasi pronens ex natura diuina Christi in naturam humanam eiusdem.

Inf. q. 7. arti. 13. ad 2. & q. 34. ar. 3. ad 2. & 3. di. 4. q. 3. arti. 2. ad 2. & 1. & 2. huius quæst.

\* ca. 40. post med. to. 3.

\* 11. 5. Met. c. 2. 5. tom. 3.

Ar. præced.

eiusdem. Tertia conclusio est: Gratia utraq; est naturalis Christi, sume do naturale a naturate. Probatur in primo sensu, hoc est secundum co[n]iunctam: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuine personae vnita, & hoc quo ad gratiam vnionis: & anima eius fuit munere gratiae repleta, & hoc quo ad gratiam habitua-lem. In secundo autem sensu, hoc est ex vi naturae, probatur in responsione ad tertium ex proprietate naturae Christi: quia sic conceptus est ex Spiritu sancto, vt esset idem naturalis filius Dei, & hominis, testante hanc naturae vim angelo dicente, Spiritu sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, d[omi]n[u]s subdit ideoq; & q[ui] n[ati]uitate[m] ex te sanctu[m] vocabitur filius Dei, Illa enim causalit[er], ideoq; & quod natiuitate[m] ex te, erit filius Dei, manifestat ad hoc esse ordinatam actione[m] Spiritu sancti, vt ex vi talis naturae natum, esset filius Dei, quod in ipsa gratia vnionis consistit. Gratia autem habitualis, vt in proprio tractatu patebit, est in Christo velut proprietate[m], co[n]sequens gratia[m] vnionis, sicut iplendor solem.

¶ Nota hic tria, primo, quod in littera diuinae sunt explanationes, & probationes tertiae conclusionis secundum duos assignatos in secundo membro sensus, quia tria veri sunt, in littera ponuntur, & breuius vniti clarit[er] nominis: ideo ad vnum dicta[m] responsione ad tertium, & iuxta corpori articulo. Secundo, quod Auctor plus dicit, dum quaerit de gratia vnionis, & respondit de gratia vnionis, & habituali. Tertio, quod dum in secunda conclusione dicitur, quod gratia Christi potest dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute apponit duo vocabula; primo, potest dici: secundo, quasi proueniens. Est siquidem considerandum, quod ad hoc, vt aliquid dicatur proprie naturale a natura pro essentia, duo concurrunt: primum est causalitas: secundum modus causandi oportet enim, vt causetur a natura, & quod naturali modo non libere causetur a natura: sic enim passio a principis natura, sic ferri sursum a leuitate causatur, sic naturale distinguitur contra liberum. In proposito autem, quia omnis causalitas Dei, ad extra est libera, & nulla est naturalis, ideo gratia in Christo ex diuina natura causata deficit a naturali in modo quo fit, & potest dici naturalis, quo ad primum, quia ex diuina causatur natura. Quo ad secundum vero potest dici naturalis non formaliter, quia in veritate non naturaliter, sed libere causatur, sed quasi virtualiter seu conditionaliter, hoc est, quia si diuina natura competere ad extra, vterque modus causandi, scilicet naturaliter vel libere utraque gratia in Christo naturaliter causaretur: quia gratia vnionis spectat ad esse personale ipsius diuinae naturae, ac per hoc ad causalitatem naturalem pertinet,

si sibi inueniretur: gratia vero habitualis in Christo spectare ad proprietatem humanae naturae iunctae iam secundum esse diuinae naturae. Et propterea Auctor dixit, Dici potest naturalis quasi proueniens, significans per hoc quasi naturalem modum, quo gratia in Christo fieri dici potest, quamuis in veritate non sic modus naturalis, hoc autem singulariter de gratia Christi dici potest: quia reliquis hominibus, & etiam angelis constat, quod non solus dat, sed daret Deus gratia[m] suam prout vult, vt pote non communicans sum esse personale, nec iunctus sibi secundum esse influens.

QVAESTIO III.

Demodo vnionis ex parte personae assumptis, in octo articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de vnione ex parte personae assumptis.

¶ Et CIRCA hoc quaeruntur octo.

- ¶ Primo, Vtrum assumere conueniat personae diuinae.
- ¶ Secundo, Vtrum conueniat naturae diuinae.
- ¶ Tertio, Vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.
- ¶ Quarto, Vtrum vna persona possit assumere sine alia.
- ¶ Quinto, Vtrum quaelibet persona possit assumere.
- ¶ Sexto, Vtrum plures personae possint assumere vnam numero naturam.
- ¶ Septimo, Vtrum vna persona possit assumere duas numero naturas.
- ¶ Octauo, Vtrum magis fuerit conueniens de persona filij Dei, quod assumpserit humanam naturam, quam de alia persona diuina.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum personae diuinae conueniat assumere naturam creatam.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Vbi, quod personae diuinae non conueniat assumere naturam creatam. Persona enim diuina significat aliquid maxime perfectum: perfectum autem est, cui non potest fieri additio.

Importat haec tria, & haec omnia competunt personae, quia ipsa est principium, & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, consequens manifeste est, quod assumere propriissime competat personae.

¶ Vbi nota tria: primo, quod exponendo assumere quasi ad se sumere, quia ly se est pronomen reciprocum dupliciter: vbi bis denotat illud, pro quo stat concurrere ad actionem illam, vno modo se[m]p[er] semel, vt principium, & semel seu alio modo vt terminum. Et propterea Auctor ex hoc, q[uo]d assumere dicitur quasi ad se sumere, dixit quod importat principium, & terminum actus: nisi enim ly se, vtrumque denotaret, non esset ad se sumere, sed esset sumere ad alium. Secundo, quod in littera in conclusione additur ly propriissime: quia, vt infra patebit, non solum personae conuenit assumere, sed solum personae conuenit propriissime. Tertio, quod hic est sermo de persona diuina vt sic, non curando, vtrum sit vna sola persona diuina, vel plures, vtrum ab soluta, vel relatiua eius siquidem est proprie agere, vt quod agit, & eius est terminare vnionem personalem, vt quod subsistit in vtraque natura.

¶ In responsione ad primum eiusdem primi articuli, aduerte, quod iam mirabilis est haec incarnationis coniunctio, vt cum hoc, quod fatemur Deum vere acquisuisse esse humanum,

de gratia Christi dici potest: quia reliquis hominibus, & etiam angelis constat, quod non solus dat, sed daret Deus gratia[m] suam prout vult, vt pote non communicans sum esse personale, nec iunctus sibi secundum esse influens.

Super Quaestiones. Articulus 1.

Titulus articuli primi Quaestiones tertiae clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiva quaesito. Personae competit propriissime assumere naturam. Probatur: Persona est principium, & terminus assumptionis: ergo sibi conuenit propriissime assumere. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia assumere est actio diuina; agere autem propria est personae. Quo ad secundam vero: quia vnio facta est non in natura, sed in persona, vt patet ex supra dictis, & consequentia autem probatur: quia in verbo assumptionis importatur tria, principium, actus, & terminus: quoniam assumere dicitur quasi ad se sumere. Ex hoc namque, quod assumere

q. 29. 1.

Capa.

3. dist. 1. art. 1.